Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Nitrum]

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

ſem. linguæ avis urtic. carn. ſcincor. croc. or. an. ℈j. *ol. caryophyllor. macis expr. cinam.* an. ℈ß. *ſacch. in aq. rad. ſatyrii & anth. ſol.* ℥xvj. M. F. Morſelli in Impot. virili doſis à ʒj. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 335. a.*

Morſelli Viriles *Michaelis.*

℞. *Succol. Ind.* ℥ß. *elect. diaſatyr.* ʒ vj. *ſang. galli* ℥j. *ſacch. in aq. cinamom. ſol.* q. ſ. F. M. in Impot. virili.

Morſelli Viriles *Fiſcheri.*

℞. *Scinci marini, Boleti cerv. virgæ tauri* an. ʒi. *Borrac. ven.* ℈ii. *card. cubeb. pip. nigr. Zing.* an. ʒ ß. *Pinear. piſtac.* an. ℥ß. *rad. ſatyr.* ʒii. *ſem. eruc. ling. avis.* an. ʒi. *ſacch. in aq. cinamom. ſol.* q. ſ. F. M. in Imp. vir.

Morſelli de Zingibere *Zuvelff.*

℞. *Cinamom. elect.* ʒii. *nuc. m.* ʒi. *caryophyll.* ℈ii. *macis* ℈i. incid. craſſe, adde *Zingib.* tenu. ʒvi. *ſacch. in aq. roſ. ſol.* ℥xvi.

N.

Nitrum fixum.

Nitri depurati quantum libet. In crucibulo bene ignito ad fluorem perducatur, & ſucceſſivè particulæ carbonum injiciantur, uſque dum flammam amplius non concipiant, tunc in mortarium calefactum effundatur; quod in cella per deliquium ſolutum, ac filtratum vocatur LIQUOR NITRI FIXI.

Viribus cum aliis ſalibus alcalinis fixis convenit, tam medico quàm chymico uſui adaptandum. *Vid. corp. ph. p. 329. b.*

Nitrum præparatum *ſive Lapis Prunellæ vel Anodynum aut cryſtallinum minerale.*

℞. *Nitri puriſſ.* q. l. Fundatur in ✝bulo, ſuperinjice aliquid 🜍 puri (meliùs eſt *flor.* 🜍) quod ubi deflagraverit; iterum aliquid ſulphuris immitte, idque repete, donec ſuper Sal. nit. ℥j. injeceris ʒß. ad ʒj. & Sal. nit. planè purum fiat, tùm effunde, & hic eſt lapis prunellæ vulgaris.

Nitrum hoc modo præparatum, ſi quid impuri contraxit, purificari poteſt ſolutione & cryſtalliſatione, ut ſupra dictum. *Vid. corp. ph. p. 327. b.*

Nitri in Sal Alkali fixatio *juxta Schrœderum & Le Mery.*

Nitri ℥xvj. crucibulo amplo ac forti indito, hoc colloca inter carbones ardentes, fuſoque nitro in id conjice *carbonis groſsè pulveriſati* cochlear unum, fiet magna flamma detonatioque, quibus præteritis, carbonis totidem conjicies, ſicque perges, quouſque non amplius flammam concipiat materia, ſed fixa in crucibuli fundo reſideat: tunc eam in mortarium probe calidum effunde, refrigeratam eam pulveriſa, pulverem ſolve in aqua ſufficienti; per chartam emporeticam ſolutionem filtra, ac igne arenæ humiditatem omnem in fictili vel vitreo vaſe evapora; ſupererit ſal in phiala probè obturata ſervandum.

Hujus ſalis ſapor ſimilis eſt ſapori Salis ⊖i, parumque viribus diſcrepat, obſtructiones aperit; per □nas pellit, & aliquando per alvum; datur à gr. 16. ad 30. ex liquore convenienti. *Vid. corp. ph. p. 330. b.*

Nitrum Perlarum.

℞. *Sal. nit.* ✳ ſolut. part. iij. vel iiij. *Sal. perlar.* itidem in ✳ ſolut. p. ij. vel ana, conjunge, coagulaque

que evaporando, ac repone in frigido loco ad cryſtalliſandum.

Egregium eſt cordiale, & mitigat etiam æſtum febrilem. *Vid. corp. ph. p.* 331. *b.*

Nitrum Corallatum *ex Schrædero.*

Fit eodem modo, *ex ſale ſcil. corallor.* & *ſal. nit.* ana. Uſus idem eſt cum priori in febribus & virium reſtauratione. *Vid. corp. ph. p.* 332. *b.*

Nitrum Saturniſatum.

Fit eodem modo, nimirum ex *Sacchara* ♄*ni*, & *Sal. nit. puro*, ſeu lapide Prunellæ.

Confert aſthmaticis. (Cardialgiâ, & ventriculi fervore affectis.) Doſi gran. vj. vel vij. in aqua aliqua convenienti. *Vid. corp. ph. p.* 332. *b.*

Tartarus Nitratus *Minſichti.*

℞. *Sal. Tartari*, *Nitri præp.* an. p. æ. Solvantur in *aq. roſarum calida*; poſtea filtrentur, & ſuper ignem incoquendo mediocriter, donec quaſi cruſtam acquirat, reliquum in frigido concreſcat; ſic habebis cryſtallos, quos ad uſum repone. Præſtantiſſimum eſt medicamentum, ſingularem enim incidendi & detergendi humores craſſos & tartareos, nec non meatus obſtructos aperiendi vim habet. *Vid. corp. ph. p.* 333. *b.*

Nitri Terra foliata S. *Cloſſ. ex Schræd.*

Candefac. *Sal. nit.* in ✠ & per vices injice *carbonem vivum*, ut ſal nitri inardeſcat, continua, donec flagrare deſinat, quod reſtitat ſolvatur in ⚹, filtretur, coaguletur, idque ter cum novo ⚹ repetatur; Tandem ſolvatur in Sp. vin. qui poſtmodum deſtilletur; In fundo erit terra Talcoſa nitri fuſilis inſtar ceræ. Toties verò reiteretur hic labor, donec ⚹ in ea, qua fuit affuſum,

aciditate deſtillando evehatur. Hoc ſi cum terra foliata ♀ri conjungatur, majores acquirit vires diureticas & aperitivas. *Vid. corp. ph. p. 332. b.*

Nitrum Vitriolatum *Minſichti.*

℞. *Nitri præp.* p. j. *Spir. Vitrioli rectif.* p. ij. Miſc. & deſtilla per retortam ſecundum gradus, primùm leni, deinde fortiori igne, donec tandem retorta candeſcat, & cum nil ſpiritûs aſcendit amplius refrigeſcat paulatim, & ſic in fundo pulvis remanet niveus, qui acredinem ſuam corroſivam ferè amiſit. Huic *Spiritus Vitrioli recentis* tantum affunde, quantum ad ſolutionem ejus perfectam ſufficiens, dein per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem uſque evaporare ſine; & tunc demùm loco frigido infer, ad cryſtallandum. Hos cryſtallos exime, ſicca, & ab uſum reſerva. Et ſic verum habes nitrum vitriolatum, quod etiam à chymiatris quibuſdam *Spiritus vitrioli coagulatus* appellatur.

Eandem virtutem & operationem, quam Spiritus vitrioli, exempto, quod magis refrigeret, vimque Diureticam majorem habeat, in tingendo etiam idem, quod ille, præſtet. *Vid. corp. ph. p. 333. b.*

O.

Oleum Abſinthii *P. A. R.*

℞. *Ol. Oliv.* ℔iij. *Comarum abſinthii Pontici recentis* contuſarum ℔j. *Roſarum rubr.* ℥ß. Macerentur per triduum in loco calido, deinde coquantur, uſque dum prunis injectum non amplius ſtrepat oleum, quod colatum ſervetur.

Calefacit & roborat, præſertim ventriculum; appetitum excitat, obſtructiones aperit, lumbricos necat, & ventriculi flatus diſſipat. *Vid. corp. ph. p. 120. b.*

Oleum